

















1681.

1. Beckmann, Joh. Volk. : De favore rei in Crimi-  
nalibus.
2. Beckmann, Joh. Volk. : De actorum publicorum auto-  
ritate.
3. Beckmann, Joh. Volk. : De donationis excedentis T. solidos  
speciali jure.
4. <sup>ant</sup> Beyerus, Christianus : De umbra Vom Schattenrecht  
? Exempt. 1680 - 1739
5. Bremen, Joh. Georgius : De tractatibus.
6. Faschius, Augustinus Henricus, Collegii med. decanus :  
ad Disputationem inauguralem Georgii Fridrici  
Stephiani. iur. lat.
7. Kraus, Rudolphus Wilhelmus, : Decanus Collegii medici :  
ad Disputationem inauguralem Johannis Bloccii iur. lat.
8. <sup>ant</sup> Lynckerus, Nicolaus Christophorus : De computatione  
membrorum in his, qui delinquant. ? Exempt. 1681 - 1742.



1681.

9. Lynckerus, Nicolaus Christophorus: De cautione usurae  
fructuaria
- 10<sup>a et</sup> Lynckerus, Nicolaus Christophorus: De vi legis in  
praeteritum. 2 Saemph. 1681 i 1733.
- 11<sup>a et</sup> Müllerus, Petrus: De nova causa. 2 Saemph.  
1681 i 1733
12. Müllerus, Petrus: De servitutibus personaribus.
13. Müllerus, Petrus: De subtili disputandi ratione  
in causa publicae utilitatis rejicienda. —
- 14<sup>a et</sup> Müllerus, Petrus: De concordia discordantis  
Germaniae.
15. Müllerus, Petrus: De praescriptione Saxonica.
- 16<sup>a et</sup> Müllerus, Petrus: De vertice suspicionis  
2 Saemph. 1681 i 1715
- 17<sup>a et</sup> Müllerus, Petrus: De pecunia status temporales  
solvenda. —



1681,

18<sup>a</sup> <sup>b</sup> Mallerus, Petrus: De favore salarii 2 Junii. 1681.

1713.

19<sup>a</sup> <sup>c</sup> Mallerus, Petrus: De praecipitatione facti:

2 Junii. 1681 i 1713

20. Mallerus, Petrus: De evitacione majoris mali

21. Minch, Johann Christophorus: De exceptione inhabili-  
tatis contra advocatum.

22. Roth, Henricus Balhus: De actione in factum  
ex iuramento.


23. Rothius, Henricus Balhus: De resignatione  
dominii judiciali.

24. Stevoglius, Philippus: Jur. utriusque Prof. ord: Juris.  
prudentiae cultores ad praedlectiones publicas in  
libros Institutionum invitat.

25. Stevoglius, Philippus: De conditionibus institutionum

26. Stevoglius, Philippus: De obligatione naturali.







1687, 6

20

7

0  
m. 8.

AUGUSTINUS HENRICUS  
FASCHIUS, D.

ANATOMIÆ, CHIRURGIÆ ET BO-  
TANICES PROFESSOR PUBLICUS, ARCHIA-  
TER DUCALIS SAXONICUS, H.T. COL-  
LEGII SUI DECANUS,

*Salutem & felicia quaque precatur*

**LECTORI BENEVOLO!**

*De  
Pulmonum usu  
et  
Catarrhorum causa*





505  
F  
AUGUSTINUS HENRICUS  
FASCHUS, D.  
ANATOMIE, CHIRURGIE ET BO.  
TANIGES PROFESSOR PUBLICUS, ARCHIA.  
TER DUCALIS SAXONICUS, H. COL.  
LEGI SUI DECANUS

LECTORI BENEFICENTIA





0  
m. 8.

**N**on infima sunt encomia, pulmonibus data, quibus *flabellum cordis* dicuntur & *ventilabrum*; quò vigente, cordis viget actio; quò turbatò aut impeditò, cordis actiones vel turbantur, vel plane supprimuntur. Necessarii quàm maximè sunt pulmones, penes cor locati, quorum & cordis ipsius motus pari passu cum vitâ ambulare scribit Galenus lib. 6. d. loc. affect. cap. 5. περι-  
5 δεται γδ, inquit, ἀχώριστον εἶναι τὸ ἀναπνεῖν τὸ ζῆν. τὸ δὲ ζῆν τὸ ἀναπνεῖν. ὡς τὸ καὶ τὸν ζῶντα πάντα ἀναπνεῖν, καὶ τὸν ἀναπνεύοντα πάντα ζῆν. Et juxta interpretes, spirationem in vitâ & vitam à spiratione non posse separari, adeoq; ut viventem non respirare, & spirantem non vivere sit impossibile. Tanta nempe utriusque organi est necessitas & affinitas, ut neutrum sine alterius vigore commodè subsistere valeat; imò respiratione præclusâ hominem suffocari planè, vel solli suspensi probabunt. Adcò necessarius itaque horum nobiliorum viscerum motus est reciprocus, quo sese ad actiones suas mutuò obeundas intendunt, juvantque. Cor quidem systole & diastole motum exercet, sanguinisque molem modò excipit, modò propellit, quem pulmonum expansio & dilatatio juvat; coincidentia verò aut constrictio per venam pulmonalem in sinistrum cordis thalamum cogit. Promoventur hi duo actus beneficio respirationis, quâ aër stans ab extra ante fores in pulmonum vesiculas trahitur, quas expandit undique & pectoris cavitati coextendit; vel coarctato rursus thorace & fibris diaphragmatis relaxatis, coincidentibus pulmonum vesiculis cavernosis, jam admissus aër  
);( 2 ite-





iterum redditur, expellitur, expiratur. Et talis per pulmones reciprocus aeris motus ad vitam ejusque munia continuanda adeo necessarius est, ut eo ne paucissimis horarum minutis absque presentissimo vitae periculo abstinere verere queamus. Respiratione enim circularis sanguinis per pulmones atque adeo per universum corpus, motus promovetur; quo inhibito sanguis circa praecordia concretere incipit, cordis motus suffocatur, animalque a muniis vitalibus desistere incipit, & tandem plane cessat. Quemadmodum vero flammula vitae nostrae sine respiratione facile extinguitur, nisi ventilabri beneficio continuo excitetur; sic nec, laesa hac, pulmones resistere valebunt intricatis factis molestiis, suffocationem cordi minitantibus. Sunt quidem pulmones pneumaticum circulationi sanguinis simul inserviens organum, quod una cum ipso corde eandem promovere potens est, simulque eundem ventilare & a vaporibus fumidis aut liberare, aut humidum pulmonibus afflare aere; attamen suos etiam cum ipso corde pati coguntur manes, praecipue quando lymphae nimia copia exitum, quem quidem quaerit, non invenit; sed vel frigore, aut alio p. n. modo retenta, respirationis motum turbat, circulandum sanguinem incrassat, ut circa praecordia incipiat stagnare, animam quasi includere, suffocationemque inducere, quae hodie CATARRHI SUFFOCATIVI nomine venit. Credebantur quidem olim catarrhi, nutriri ab adscendentibus ex hypochondriis vaporibus, sub capite, tanquam tecto aut alembico concentratis, & pluviae in modum delabi modo ad nares, modo fauces, modo per tracheam in ipsos pulmones. Qui volet, credat hoc cum Veteribus; Nihilo tamen minus cerebrum hic notare, non ineptum censemus, utpote quod frigiditate & humiditate sua lymphae generandae & in dispositis augendae favet, & ut glandula maxima, cum sibi vicinis glandulis palati, buccarum, sublingualium, tonsillarum, parotidum, jugularium, simulque cum naribus, cum ducibus salivalibus & vasis lym-



lymphaticis maximum habet commercium & consensum; unde *μητρόπολις τῆς ψυχῆς* & fons pituitæ, & consequenter catarrhorum non immeritò, nec insulsè à venerandâ Antiquitate cerebrum dictum est. Et certè in *Coryzâ* è tubulatis processuum mammillarum insertionibus per os cribrosum lymphæ excernitur, mediante meatu utrinque factis patulo paulò supra infundibulum ortum trahente, in processuum dictorum tubulata corpuscula desinente & ad corpora usque narium spongiosa tendente. Fiunt sic nares cerebri emunctorium, quo excrementa serosa, mucosa; fæces item & alia evacuantur, maximo cum capitis levamine. Neque cerebrum in catarrhorum reliquorum productione culpâ vacare omni, credendum est, sicuti nec illud, quod hoc materiam omnibus promiscuè catarrhis solum suppeditet. Aliæ quoque partes colligunt, aliæ simul mandant. Lymphæ quidem, salutaris ille latex, per omnes corporis partes cum sanguine ducitur; quæ sequestrata per vasa lymphatica (quorum & simul glandularum penes circulos non exigua in pulmonibus datur copia,) reduci partim debet, & massæ iterum misceri, partim à glandulis absorberi & evacuari. Ast, hujus invertitur cursus naturalis sæpissimè & retrogradus excernendæ lymphæ observatur motus, quo à peripheriâ ad centrum cogitur, quantitate, qualitate motuque suo p. n. cordi insidias parans, vix evitandas. Circa præcordia enim in pulmonibus stagnare incipit sanguis, & feriari circulationem demonstrant symptomata gravissima, difficilis respiratio, anxietas in præcordiis, suffocatio instans, *συντόμως ἀπολλύς 3. apb. 12.* quòd inter vitam & mortem vix horula intercedat, & alia. Dependere verò hunc laticis motum p. n. & turbatam imminutamque circulationem, partim à crassitie & visciditate, quam cum ipso chylo attraxit; partim à concretione, quæ ab externis injuriis; partim à regurgitatione; abundè jam demonstrare nolumus, licet possemus. Materiam enim hanc de **CATARRHO SUP-**

3

FO

0  
m. 8.





PROCATIVO fufius tractandam legregio conatu suscepit,  
quam difputatione folemni exponet, Clariffimus

DN. GEORGIUS FRIDERICUS ÆPLINIUS,

Medicinæ Doctorandus digniffimus. Ut verò folemnia,  
more nunc adolefcente, obfervemus, nactus eft Candidatus  
nofter patriam *Serueftam*, urbem Anhaltini Principatus præci-  
puam, d. XXVII. Junii, anni M DC LXXII. Patrem habet  
Virum Nobiliffimum atque Confultiffimum DN. JACO-  
BUM ÆPLINIUM, Illuftris ibidem Regiminis Advoca-  
tum Ordinarium; Matrem verò ANNAM HAPPA CHI-  
NAM, Matronam virtutibus, sexum hunc ornantibus, fatis  
confpiciuam, Viri Ampliffimi, DN. JOHANNIS HAPPA-  
CHII, Civitatis Delfavienfis Camerarii, *vñv cv s'pavw*, filiam.  
Avus Paternus Ipsi fuit, vir integerrimus, DN. SEVERINUS  
EUSTACHIUS ÆPLINIUS, p.m. laudatæ civitatis Civis  
primarius. Proavus verò vir Nobiliffimus atque Ampiffi-  
mus DN. GEORGIUS ÆPLINIUS, Philof. & Med.  
Doctor Experientiffimus, Illuftris Sereniffimorum Princi-  
pum Anhaltinorum Gymnafii, quod Serueftæ eft, Prof. Publ.  
& laudatæ civitatis Phyficus meritiffimus. Quemadmodum  
verò parentum cura, liberis rectam civilis & æternæ felicitatis  
femitam fedulò monftrare: ita Parentibus Candidati noftri  
dilectiffimis nihil fuit antiquius, quàm ut pietati, virtuti-  
bus atque literis affvefceret. Hinc à primis ftatim an-  
nis Præceptoribus Scholæ trivialis patriæ ipfum commifere,  
quorum fideliffimam informationem grato nunc agnofcit &  
recolit animo. Præ reliquis verò memorat induftriam B. DN.  
ANDRÆ MARCMANNI, laudatæ Scholæ Rectoris  
clariffimi, qui dexterrimè informando & publicè & priva-  
tim nullam laboris partem intermifit. Jactis proindè humani-  
orum literarum fundamentis, prælaudatum ibidem Gymna-  
fium ipfum recepit, receptum artibus liberalibus fideliter im-  
buit, imbutum fic denique, Anno O. R. M DC LXXVI,  
Mense Augufto cum voto omnigenæ felicitatis dimifit, ut arti  
Medi-



Medicæ, cujus addiscendæ desiderio maxime flagrabat, in A-  
cademiis vacaret. Elegit verò Noster celeberrimam Salanam,  
quam etiam felicissimo auspicio ingressus est. Ne verò illotis,  
uti dicitur, manibus tractaret artem nostram pæoniam, prius  
adiit Clarissimum D. N. M. SAMUELEM RODIGAST,  
t. t. Facultatis Philosophicæ Adjunctum; nunc Gymnasii Be-  
rolinensis Correctorem philosophiam naturalem privatos in-  
ter parietes docentem, examinantem & sub disputationis in-  
cudem revocantem. Deinceps Nobiliss. & Excellentissimos  
Viros, D. N. ERHARDUM WEIGELIUM, Matheseos;  
& D. N. CASPAREM POSNERUM, Physices; Pro-  
fessores celeberrimos; *illum* curiosa naturæ fideliter explican-  
tem; *bunc* de generatione animalium accuratissime differen-  
tem. Plurimum etiam *Philosophorum* interfuit scholis privatis  
æquè quàm publicis, quas gratâ memorat mente. Penes hæc  
sedulus quoq; & publicus fuit semper sectator & auditor omni-  
um Medicinæ Professorum; Inprimis verò pependit ab ore  
Nobilissimi, Excellentissimi atque Experientissimi D. N. GE-  
ORGII WOLFFGANGI WEDELII, Med. Do-  
ctoris, ejusdemque theoriæ Professoris publici celebratissi-  
mi, Archiatri Ducalis Saxonici, h. t. Academiæ nostræ RE-  
CTORIS MAGNIFICI, cujus informationem dexterita-  
te laudabili tam publicè, quàm privatissimè peractam gratios-  
simo agnoscit animo, simulque ex hæc egregium studiorum  
suorum emolumentum fuisse adeptum ingenuè profitetur.  
Hujus etiam sub præsidio consultationem de *Incubo* laboran-  
tante *iatrogodōis* exposuit, quam cum applausu defendit  
optimo. *Meis* similiter lectionibus botanicis, sedulo inter-  
fuit; anatomicas lustrationes tam in brutis, quàm homi-  
nibus, semper frequentavit, operationesque chirurgicas  
mihi in cadavere humano demonstranti ad latera stetit prom-  
ptissimus. Cursu itaque studiorum suorum in quinquenni-  
um laudabiliter peracto, tandem, ut debita consequeretur  
præmia, non ita pridem nomen Facultati nostræ est profes-  
sus, eâ quâ decet, observantiâ rogitans, ut fores ad examina  
con-

0  
m. 8.

in. te





consueta ipsi aperirentur, viaque ad cathedram publicam  
panderetur. Cum v. CLmus hic noster Candidatus in exa-  
minibus duobus suam eruditionem *Nobis* sufficienter pro-  
barit, lubentissimè consentimus, ut disputationem Inaugura-  
lem sub directorio antea laudati Dni Rectoris Magnifici  
publicè exponat. Hanc futuro Veneris die Januarii XXI. ha-  
bendam, ut simul Magnus Dn. Rector Designatus, Omni-  
um Ordinum Professores, Doctores, & omnes, qui arti ser-  
vandorum hominum favent, presentia honorificà condeco-  
rare non dedignentur, est, quod nomine Facultatis  
nostræ officiosè & amicè contendo. Dab. Je-  
na Anno M DCLXXXI. Ja-  
nuarii XVI.





Jena, Diss., 1681

(X 2403652)

VDT7









B.I.G.

Farbkarte #13

1687, 6

20  
7

0  
m. 8.  
m. 10.

GUSTINUS HENRICUS  
FASCHIUS, D.  
TOMIÆ, CHIRURGIÆ ET BO-  
CES PROFESSOR PUBLICUS, ARCHIA-  
TER DUCALIS SAXONICUS, H.T. COL-  
LEGII SUI DECANUS,

*Salutem & felicia quaque precatur*

LECTORI BENEVOLO!

*De  
Pulmonum usu  
et  
Cavernarum causa*

